

Lippis ac Typographis ~~innotuit~~ innotuit. Horum præcipue
 quædam Leida societas floruit, Ebrevirios fratres inno, quos
 nec ipsos per Heinsij quædam et aliorum opuscula Typis
 vulgata, soli tibi ignotos arbitror; ut fuerint maxime
 jam in posterum id esse nolles se hoc Frontispicio
 testantur, qui id Tabacologia tua præfixum emit-
 te quidem ajunt, nec tascio nec inuito, cui prædemi
 ea res per Kinschotium indicata fuerit. Ecce vero
 nunc me idoneum illum Oratorem delegerunt, qui te
 rogem, si quid porro rerum Poeticarum apud Te lateat
 quod istis non ineptis assuetus, Batavis nostris me
 notis inuisum facio ergo id sedulo cumque illorum ac
 meo nomine tum tuo Thori haud multo minus, quin
 serio idem permoneo, fore si quæ te refractarium
 præles, ut mutila nonnulla, quædam perperam aut
 festinanter excerpta qualia apud varios diversa habentur
 posteritati imputentur; quod ut fugeres te imprimis
 decet, ita amicorum et meis præcipue precibus ac
 minis tantillam gratiam æquum est non denegare.
 Vale Vir Doctissime, et per illam humanitatem tam
 tuam proprie commissum noli, ut inanis me jactan-
 tia reum habeant, quibus et officium hic meum, et
 ejus non ambiguos fructus polliceri ausus fui. Haga
 Prædie Kalendarum Martij 1625.

C. Hugonius.

(67)

Vander Burghio
 et
 Brosterhusio.
 S. P.

Quanti meâ interest, ut ne solus prodeam, sed aliquâ vestrum
 stipante ceterâ, tibi mihi Vander Burghio coram exposi-
 tum fuit, rationes, etiam causasque addidi, quæ prolevo-
 rum nemini ut inanes iterum rogo. Agite igitur nunc
 si viri estis fortiter cum Amico perite, et si unquam
 poetico mendacio indulgitis, nunc vero et calidissimi incum-
 bente. Ego a Superioris Inferique peccati veniam pollicor quo
 miseri Poetæ exstimationem servaveritis. At ut præcipi-
 bus vobis Multa Poetarum veniat manus auxilio
 quod sit mihi curandum est præcipue. plures mihi debendi
 vos præstate, si totum Hugonium, id vobis unice esse
 vultis. Ergo nec Fundos vestros, nec Bossios, nec Bartoos
 excipio, nec si quos ab ipsi proximis judicatis, nisi quid excipiant
 insignes viri, adversus homuncionem non sãa tribus
 et satis hic opipares tuncas haberi existimant ut ad
 ipsos quod affluet toga cordylis et penula desit
 olivis. Equidem certe quo ne sic vapulem, causam nondico.

Quino

Quia ed maxime procuratores vos adhibeo, qui me
de me ipso quam humillime, de vobis autem, et ea quae
apud eruditos gratia polletis, summa omnia sentire pa-
lam sit. Valete viri. Fraterrimi et hos mutilos libellos
ubi commodum erit remittite, desunt ad umbilicum
quaterniones, ad minimum decem, tum in fapite, Prae-
fatiuncula ad Heinsium, cui omnia inscribo (ne quid
miremini, quod ejus hic mentionem non faciam) et
paucas alias, quae intra mensem omnia confecta
dare Typographi pollicentur. Haga. . . Aprilis
1625.

C. Hugenius.

D. Heinsio. 1625.
circa Aprilem.

(68).
Quo te ictu non semel terrui, ferio nunc tandem Heinsio
Amplissimo: Rayula tu, quae, quasi amicus feriat et
Amici Lilius; neque enim ut optimi Parentis mei simul
reorderis, et valde mihi succenseas, ab illo candore
expecto. Quid me causatum impulerit, ut tua, pro ca-
ris existimatione abuterer, dum mea consulo, non hic
repeto, qui id plusibus in utraque Praefatione exposui.
Addidi has igitur, ut quibus te verbis publici conventum
cupio, privatim praescias, neque si me amas, libere etiam
tum praefari dubites, quae in parte vel offendo, vel placeo
minis: Rem integram praesto, et undequaque mutabilem
addam, interpolabo, exungam quodcumque jasseris, nullo
me tu totum Heinsium, quem frustra conatum fore igitur
num iterumque praemoneo. Ad librum sextum, cujus hic
initia vides, restant quaterniones decem omnino vel duo
decim, quos intra mensem confectos dare Typographi polli-
centur. Id isti dum ajunt, effigies auctoris Delphis in-
ciditur, qualem in his adibus a Miserabilio expressam
videre, fortasse memineris, imbecilem scilicet, et ad illam
aetatem, quae his ineptis indulgere minus ineptum fuit.
Ulti enim tu putidam hic ambitionem taxes, mi Heinsio
constanter assero, non aliud me agere, quam ne quis
me virum insanisse existimet, Adolescentiae omnes igitur
caut, cum nescio quem sibi babbatum, si diis placet, Cyri-
cum Cercyrola Masther, quo olim bedimus, non neminem
serpens fixasse nunciatum sit. Huic tu tabellas, quam
quatuor aut sex versiculis aptari curavimus, Epigramma-
tionis ut denegare sustineas, debere nunquam desines.
Ex ^{litter} amicicia aut nulla, merces est, intrepide amicum
compellere. petere item, quasi repetas, quod mutuo deditur.
Tu